



Universitätsbibliothek Paderborn

Rev. P. Francisci Josephi à Rodt Capuccini Anterioris Austriæ Provinciæ. Opus ...

Planctvs Ecclesiæ Et Animæ - Super Caput Primum Lamentationum
Jeremiæ Prophetæ. Allegorice, Et Moraliter Expositus, & Distributus In
Discursus LII. Concionatorios Quadragesimales ... ; Scilicet Liber Vitæ, Et
Excessvs Amoris ...

Rodt, Franz Joseph von

Campoduni, 1680

Ain. Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas, quia long'e
factus est à me consolator, convertens animam meam. Thr. 1. v. 16.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52659)



DISCURSUS XXXIII.

Ain.

Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas, quia longè factus est à me consolator. *Thren. 1. v. 16.*

DE ECCLESIA.

Ain interpretatur fons, vel oculus; fons aqua viva est Christus Iesus, sed quia hoc neglecto currunt multi fidelium ad cisternas mundi dissipatas, ideò oculus afflicta Ecclesia uberes deducit lachrymarum aquas.

1. **I**dcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas; præponitur huic versui *Ain*, quod *Fons*, vel *oculus* interpretatur. Sed quæ oculo cum fonte convenientia? Nempe cum irriguis oculus fluit lachrymis, fontis quali induit naturam; unde & Jeremias, populi sui afflictionem in spiritu prævidens, ut satis, collacrymando, commisionem suam possit ostendere, exclamat: *quæ dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die, ac nocte.* Fons ergo & oculus huic versui præponitur, in quo lamentabilis resonat vox Ecclesiæ, uti Interlinearis notat, cujus oculi filiorum suorum perditorum miseriam deplorant, & fontem aquarum imitantur! Accuratè verò

Ain, idem quod Fons, vel oculus.

Jerem. 9. v. 1.

Fons è latere Christi.

G^o. ordi-
naria.

verò considerat Glossa Ord:
Fonti Torcular, in priori ver-
su, præcessisse; Cum enim præ-
lum Crucis pressit, de Christi latere
fons emanavit. Fons ergo Chri-
stus est, qui sitientes ad se invi-
taturus populos, in novissimo die
magno festivitatis stabat, & clama-
bat dicens: si quis sitit, veniat ad me,
& bibat. Hujus ergo vivi Fon-
tis saluberrimas exploremus
venas, & aquas, dum interim
lacrymarum fontem fundit Ec-
clesia, contuens filios suos per-
ditos, relictis his vivis, fontis
divini, venis & aquis, ad cister-
nas dissipatas, & aquas turbidas
Ægypti hauriendas currere.

Ioan. 7.
v. 37.

II.

Fons de-
cus horto-
rum.

Cant. 4.
12.

Fons sig-
natus.

Cornelius
hic.

Nihil magis hortum regium
amœnissimis floribus & plantis
conlitum decet, quàm aquarum
venæ, quæ per concavas, & mi-
ra arte elaboratas fontium figu-
ras, in altum saliunt. Solent
autem subinde non tantum hor-
ti tales amœni, sed etiam ipsi
fontes concludi, ad usum so-
lummodo Magnatum reservari:
Hinc illud Canticorum: Hortus
conclusus, Fons signatus: Ad lite-
ram, Fons iste signatus, erat
in clytus ille, & in regio ac con-
cluso Salamonis horto, Fons
Rogel, irrigans hortum con-
clusum, ex quo bibebat Rex:
uti notat Cornelius, qui addit,
etiam apud Persas fuisse ton-
tem, ex quo solus Rex, ejusque
biberet primogenitus; similem

etiam fontem in Hispania idem
auctor comemorat juxta Com-
plutum, ex quo pro solo Rege
aqua depromitur.

Hortus conclusus est Ecclesia, *Est Chri-
stus.*
Fons Christus, de quo Psaltes
regius ait: Apud te est Fons vite.

Sed Fons iste erat signatus. Cor
enim Christi amantissimum, in
quo venæ aquarum viventium
amoris, & misericordiæ ebulli-
ebant, signatum, & conclusum
usque ad mortem remansit.

*Erum pens
ex mani-
bus, & pos-
dibus.*

Quatuor quidem fontes divini
hujus paradisi, ex pedibus sci-
licet, ac manibus sacratissimis
viventis adhuc Redemptoris
nostri scaturientes, uberrimè
se toto spectante orbe effude-
rant, at primarius ac regius Fons
cordis, signatus usque post
mortem conservabatur, ne diu-
tius eo aridus privaretur mun-
dus, violentâ militis manu re-
cludendus, & unus militum lanceâ
latus eius aperuit, & continuo exi-
vit sanguis & aqua. De Christi
ergo amoroso corde, & latere
Fons emanavit, quem spiritu
prophético ebullientem vide-
rat Ezechiel, egredientem de
templo à latere dextro, & om-
nes ad quos pervenit aqua ista,
salvi facti sunt, &c.

Ex latere.

Ioan 19.
v. 34.

Ezech.
47. v. 2.

Aperiri ergo, & recludi hunc
aquæ fontem voluit Christus,
non solis reservandum Regi-
bus, sed omnibus communi-
candum egentibus, & infirmis.
M m 3 Hanc

Fons pa-
reus om-
nium.

anc ipse aquam vitæ jam toti
proclamaverat populo, in mag-
no festivitatis die clamans: Si
quis sitit, veniat ad me.

III.

In famosis thernis, acidulis,
& aquis pretiosis mineralibus
signantur, & occluduntur fon-
tes, nulli sine pretio assignato
concedendi, aut recludendi.
Emanavit de latere Christi fons,
saluberrimas nobis parans ther-
mas, sed thermas publicas, &
nulli reclusas; omnes languidi,
omnes egentes venite ad a-

Isaia: 55.
v. 1.

quas, prop. rate, venite, emite,
absque argento, & absque ulla com-
mutatione, venite ad fontem de
templo à latere dextro egre-

Glossa in
Thren.
hic.

dientem, nam hoc fonte emitur,
& lavatur sponsa, ait glossa.

Hoc emi-
tur, &
lavatur
sponsa.

Mirus hic, glossa, loquendi
modus est, quod sponsa hoc
fonte emitur, & lavatur, sunt
enim termini nimis desperati,
lavare, & emere. Lavando
namque aqua, & emendo re-
quiritur pecunia, vel aliud pre-
tium pecuniæ numeratæ aequi-
valens: neque lavando pecu-
nia, aut emendo quadrat aqua.

Hic autem observandum,
quod non sicut alij. Fontes mi-
nerales, iste aut sulphur, aut
cuprum, aut nitrum vehit, sed
sanguinem, exivit sanguis & aqua.
Sanguis ergo sananda, aqua
lavanda deservit sponsa. Con-
firmat hoc S. Ambrosius, Ex
illo corpore defuncto, vita mana-

g. Ambr.
in c. 32.
Luca.

bat; Aqua enim, & sanguis exivit:
illa que diluat, iste qui redimat.
non est anima tam arctè, & gra-
viter dæmoni oppignorata, quæ
non hoc sanguine valeat redi-
mi, nec maculæ, aut sordes a-
nimæ tam abominabiles, quæ
non hac aqua possint perfectè
dilui, & lavari. Hoc fonte emitur,
& lavatur sponsa.

bat; Aqua enim, & sanguis exivit:
illa que diluat, iste qui redimat.
non est anima tam arctè, & gra-
viter dæmoni oppignorata, quæ
non hoc sanguine valeat redi-
mi, nec maculæ, aut sordes a-
nimæ tam abominabiles, quæ
non hac aqua possint perfectè
dilui, & lavari. Hoc fonte emitur,
& lavatur sponsa.

Optimè de hoc fonte pro-
phetavit Zacharias: in die illa erit
fons patens domui David, & habi-
tantibus Ierusalem, in ablutionem
peccatoris, & menstruatæ. Fons
iste domui Dei, id est Ecclesiæ
parefactus referre videtur fon-
tem Siloë, adeoque (si Corne-
nelio fidem habemus, uti fas est) hic.
Propheta hic, alludit ad fontem
Siloë, qui typus fuit Christi. Ad
hunc fontem misit Christus ca-
cum illum à se luto, & sputo li-
nitum, atque sanatum: vade &
lava in natatoria Siloë, Arabicus Fons Siloë
legit, in fonte Siloë, cuius inter-
pretatio est Missus. Christi.

Fons iste, hodieque Sarace-
nis in pretio est, nam cum cor-
pore naturaliter instar hircor-
um foeteant, in hoc fonte se, &
pueros suos lavant, eaque lotio-
ne foetorem suum mitigant. in eo fæto-
Quin & eam Turcæ magni fa-
ciunt, quod ejus usum oculo-
rum visui conferre experian-
tur. Ita Saligniacus.

Immunda, & quasi hircus fœ-
tidus, erat sponsa, nempe Eccle-
sia.

Cant. 1.
v. 6.

Haec ex gentibus electa, vagata post greges sodalium suorum, id est, aliae gentes infideles, ait Lyranus; caeca erat, & luto erant liniti oculi ejus, sed in hoc fonte Siloë [qui typus est Christi, maxime autem vulneris lateris, à quo etiam Longinus visum recepit] lavata, & foetorem, & cæcitatem deposuit. Quoniam

apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen; quis est fons vitæ, (quærit S. Aug.) nisi Christus?

Addit Doctor mellifluus: Fons est, qui nunquam potest exhauriri: Fons nobis est Christus Dominus, unde lavemur, sicut scriptum est; qui dilexit nos, & lavit nos à peccatis nostris. Apoc. 1. Veruntamen non iste solus aquarum est usus, nec tantum sordes abluunt, sed & sitim extinguunt.

Non intermittunt sitientes filii Adæ ad aquas currere, & haurire: currebat etiam mulier Samaritana (quam S. Bonav. nomen Luciae habuisse asserit) ad aquas, scilicet ad fontem Jacob, juxta Sichar. Comparuit ibidem etiam Jesus, & fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem; non minus autem sitiens, quam fatigatus, alloquitur mulierem: Da mihi bibere. Mirum! (Exclamat hinc Augustinus) fons sitit? Ille, qui sitientes omnes ad se invitat: si quis sitit, veniat ad me, & bibat, &c. Sitit? quid autem, aut quare sitit? sitit sitiri Dominus, respondet Greg. Nanz; magis

avidus aquas vitæ dare, quam accipere. Hinc Samaritana dicit: si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam vivam. Miratur mulier: unde ergo habes aquam vivam? Nunquid tu maior es patre nostro Jacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij ejus, & pecora eius.

Nota hinc fontem Jacob, proprie non fontem fuisse, sed puteum, fons enim est, ex quo aqua per tubos, aut canales collecta sponte saliendo fluunt, & se effundunt; ex puteo verò non nisi laborando, & hauriendo aqua haberi possunt. Fons aquæ vivæ sunt charismata Dei, & gratia, puteus sunt temporales concupiscentiæ & delitiæ, ex quo moderatè homines rationis ductu gubernati, sed intemperanter pecora, homines irrationalibus sensualitatis suæ motibus acti, bibunt, & se ingurgitant; sed non sine labore, est enim puteus, qui aquas gaudij temporalis non sine labore concedit, cum tamen fons vitæ Christus, aquarum suarum gratias sponte, & abundanter effundat, has tamè negligens peccator, cum Samaritana dicit: Nunquid tu maior es, patre nostro Jacob, qui dedit nobis hunc puteum? ita respondet peccator (ait Hugo) quando monetur, ut sitiat aquam gratiæ, fontem aquæ vivæ, & relinquat puteum

Christus
sitit sitiri.

Differentia
inter
fontem, &
puteum.

Christus
fons saliens.

Hugo
Card. hinc

Lyranus
hic.

Anima
lavatur.

Psal. 35.
v. 10.

V.

S. Bern.
serm. 1.
de natali
Dom.

Samaritana
nomen
Lucia.

S. Bonav.
in vita
Christi, c.
31.

Ioan 4.
v. 6.

S. Aug.

Gr. Nanz.
orat 40
in S. Bap-
tisma.

reum concupiscentia, vel temporalis abundantia, &c. Omnis autem qui ex puteo hoc bibit, omnis qui bibit ex aqua hac, id est, qui temporali abundantia impleri voluerit, exponit prefatus auctor, sicut iterum, scilicet voluptatem seculi, quam talis aqua significat, uti Interlinearis glossatur. Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, ait Christus, non sitiet in aeternam, sed aqua (id est gratia secundum Hugonem) quam dabo ei, fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam.

Gl. Interlin.

Sit im extinguens.

VI.

Viso B. Nicolai de Flie.

In extasi subinde raptus B. Nicolaus de Flie, insignis ille Helvetica reipublicae patronus & patriota, viderat in aperto campo, quendam, vivis aquis abunde salientibus patentem fontem, qui divinam figurabat, ac denotabat gratiam. Huic astitabat vir gravis, clara voce inclamans: O filij hominum, quid siti tabescitis? Haurite per sacram poenitentiam, ac magnae Deiparae intercessionem, aquas vivas divinarum gratiarum. Sed pauci ad hauriendum comparuerunt, circumvagantibus ex altera campi planitie copiosis hominibus, qui vel reparandis sepibus, vel construendis pontibus, aut erigendis domibus, aut excolendis agris, paciscendisve pecoribus captando lucro intenti, parum de accedendo fonte, ejusque haurientis aquis curabant; quod copio-

sas viro sancto ex oculis lacrymas expressit.

Igitur sitientes venite ad aquas, ad aquas sponse & abundanter salientis fontis, fontis signati, qui lancea Longini reseratus, ex latere Christi emanavit, ibi haurietis aquas in gaudio, de fontibus Salvatoris. Sed oculus Ecclesiae fontes effundit lacrymarum, amare deplorans filios suos perditos, qui ad salientis fontis aquas habitant, & tamen siccitate, & siti pereunt, à quibus longè factus est consolator, & consolatio. Ad fontem, & aquas morantur, & tamen in peccatorum suorum sordibus tabescentes, lavare se & mundare negligunt. Jacent ad Natatoriam Siloë, & tamen adhuc ut hirci foetidi, malae vitae odorem diffundunt, & caeci oberant.

Ita. u. v. de fontibus Salvatoris. Sed oculus Ecclesiae fontes effundit lacrymarum, amare deplorans filios suos perditos, qui ad salientis fontis aquas habitant, & tamen siccitate, & siti pereunt, à quibus longè factus est consolator, & consolatio. Ad fontem, & aquas morantur, & tamen in peccatorum suorum sordibus tabescentes, lavare se & mundare negligunt. Jacent ad Natatoriam Siloë, & tamen adhuc ut hirci foetidi, malae vitae odorem diffundunt, & caeci oberant.

Percussum est satus lancea, & fluxerunt Sacramenta; Thermas nobis ex proprio paravit sanguine, ad curandam Babylonem, & non est sanata.

Famosa utique illa fuit Piscina Iohannis, probatica Ierosolymis, quinque portibus habens, cujus aqua certis temporibus per Angelum commota, primum in eum descendente à quavis, qua detinebatur, sanabat infirmitate. In his jacebat multitudo magna languentium, caecorum, claudorum, aridorum, expectantium aquae motum. Pra-

terco

tere illa, quæ ad sensum literalem de hac piscina tradunt auctores, per quam in sensu tropologico Hugo & alij intelligunt Sacramentum pœnitentiæ, alij Baptismum. In sensu verò Allegorico Piscina medica peccatoribus, à Christo patiente, proprio sanguine præparata, intelligitur, & quidem teste illuminato Thaulero, per

piscinam jacet multitudo magna languentium per torporem, & ignaviam, glossatur Hugo Card. Ca. Hugo hic corum per ignorantiam; clauderum per vacillationem, & tribulationem, Multisus 3. Reg. 18. usquequo claudicatis in do lam- duas partes? Aridorum, per cordis gumentium. duritiam, quando indevoti sunt, & incompatientes ad opera misericordie.

Inter alios autem languidos, Languidus erat ibi quidam homo triginta & octo annos habens in infirmitate sua, vel 38. annorum. ideò maximè compassionem dignus, quòd nec hominem haberet, qui ipsum in aquam, per Angelum commotam, mitteret.

Languidus iste significat quemlibet peccatorem, specialiter tamen inventum in peccatis, ait Hugo. Aliquando contingit, quòd ad motum alicuius gratiæ, homo turbatur in corde, & si haberet hominem, id est, rationabilem, & mansuetum exhortatorem, descenderet in piscinam pœnitentiæ, & sanaretur ab infirmitate culpæ: unde patet, quòd multi peccant præ defectu boni Doctoris.

Ubi ergo deficiunt boni Doctores, & verbi Dei Pracones in terris Hæreticorum, & infidelium, compassione digni sunt miseri, & languidi peccatores, quia hominem non habent, qui eos in piscinam Baptismi, pœnitentiæ, & in saluberrimum, & medicinale Christi sanguine rubricatum fontem intingat. Sed quòd etiam

N n apud

Passio Christi.

Io. Thaul. Dom. 3. Epiph.

Cornelius hic.

In hanc descendit Christus.

Piscina rubicunda a victimis.

Glossa Interl.

Vil.

Ad hanc commotam divinitus P. Franc. Iosephi Op. IV.

Languidus ille 38. annorum.

Hugo ibi dem.

Peccator in vetera sua.

Ad piscinam intingimus, & non sanamur.



apud nos Catholicos piscinæ hujus saluberrimæ porticus inhabitantes tot inveniuntur languidi, cæci, aridi, claudi, &c. decem, & quindecim, & viginti, & triginta annos infirmitatis habentes, hoc planè dolendum. Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas, facti sunt filij mei perdit, cum tamen tot habeant homines, tot doctores, prædicatores, exhortatores, qui de aquæ motu ipsos commoneant, ad surgendum impellendo, exhortando, increpando, obsecrando, opportunè & importunè, manum, & opem porrigant, nec tamen, ut in piscinam descendant, persuadere possint. Si unus tantum ad motum hujus aquæ medicinalis immiti, & sanari valeret, adhuc excusationi locus foret, sed omnium languentium multitudi hæc piscina sufficit: non peccatorum multitudine exhauritur, nec vitiorum impuritate sordidatur, nec infirmitatum copiâ debilitatur, sed novis semper, è quinario porticu vulnerum Christi, gratiarum influxibus confortata, nec medicinalem perdit vim, nec abluendi amittit efficaciam, nec extinguendæ sitis virtutem. Currite sitientes ad fontem, festinate sordidi, & fœtidi hirci ad natatorium Siloë, venite languidi ad piscinam hanc probati-

*Homines
sufficien-
tes habe-
mus.*

*Hæc pisci-
na omni-
bus simul
sufficit.*

cam, & medicinalem. Quousque languidi & infirmi prolixo languore vestro gravabitis medicum? quousque in stercore vestro computrescentes, malum vitæ vestræ diffundetis odorem? quousque siti aridi in devotione, & exsiccati haurire differtis aquas è fontibus Salvatoris?

Ecce sitit sitiri fons, sitit sitiri. ^{VIII.}
Dominus, & sit anto bono, sine labore & facillimè, scilicet accedendo tantum ad fontem, potiri possumus, cuius dementia est, tantum bonum differre? ait Greg. Nanz; summa ^{Greg. Nanz.}
planè in iudicio confusio erit ^{orat. 42.}
Christianorum, qui talibus a- ^{in Bapt.}
quis vicini, & adjacentes, tamen in eas descendere, in ijs extinguere ariditatem, abluere maculas, & infirmitates tollere ^{Magna dementia Christianorum.}
noluerunt. Quid absurdius quàm sitibundum, ad fontem exsiccati? ægrum inter aquas medicas perire? pollutum ad natatorium piscinam in sordibus computrescere? *Ve miseris* [exclamat Sanctus de Villanova] ^{Th. de Villan. fer. 6. dom. i. Quadr.}
qui suorum vulnerum medicinam habentes ad manus, neglexerunt curare se, & damnantur. O quomodo dolent in inferno de hoc, & fremunt contra se dentibus suis. Quàm iustè ardent in inferno, qui contempserunt tam levem adhibere medicinam.

Præterea consurget Regina Austri in iudicio cum generatione ista,

&

Matt. 12. & condemnabit eam: quia venit à finibus terræ, audire sapientiam Salomonis, & ecce plus quàm Salomon

Hugo hic. hic. Nam, uti notat Hugo Card.

Populi gentiles contra nos conjungunt. Regina Austri venit à finibus terræ, & Christiani nolunt à plateis (ubi nihil agitur) venire ad audiendum Christum; multo etiam de Ecclesia exeunt, & Christum solum relinquunt.

Quòd si Turcæ & Gentiles hanc divinarum gratiarum affluentiam, & exundantes fontis vitæ aquas habuissent, majori utique aviditate eas haulissent, sed quoniam eas nos tam parvi æstimamus, contingere facile justo Dei judicio poterit, quòd apud nos, & in terris nostris, siccat venas eius. Et hoc quidem casu, si continuerit aquas, omnia siccantur, & si emisserit eas, subvertent terram. Nempe si Deus continuerit aquas suæ gratiæ, si fontem suæ misericordiæ, & aquas verbi Dei, piscinam SS. Sacramentorum, in terris & regionibus nostris continuerit, omnia siccantur; & regionibus nostris siccitas illa imminet, de qua apud Jeremiam fit comminatio: factum est verbum Domini ad Jeremiam, de sermonebus siccitatis: Et iterum apud Aggæum. Vocavi siccitatem super terram. Dum nempe omnis verbi Dei pluvia, & exundans SS. Sacramentorum piscina, ac salientes, & ebullientes è vulneribus Christi, fontes nobis ex-

siccabuntur, ad alias longinquas gentes defluentes, qui majori aviditate haurient aquas, ex fontibus Salvatoris, ad quos nos venire, & haurire negligimus, licet vicini, & toties, ac tam amorosè ad fontem ab ipso Fonte invitati; si quis sitit, veniat ad me & bibat, quasi diceret (exponit Hugo) veniat ad fontem.

Sed quia (pergit idem) multi nolunt venire ad istum fontem, sed vadunt ad cisternas dissipatas, id est ad mundi delicias, ideo conqueritur Dominus, cum admiratione magna dicens: Obscurescite cæli super hoc, & portæ eius dolent vehementer, dicit Dominus: duo enim mala fecit populus meus: Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas; quia delitiæ & divitiæ, & honores huius mundi effluunt, & in æstate, id est, in tempore necessitatis, videlicet in morte, omnino deficiunt.

Dissipatam quoque cisternam vocat idem Expositor hominem avarum: quia avarus impleri non potest. Hæc est cisterna verus, quæ nunquam impletur aquâ.

Porro iterum in expositione sua morali ad nos Clericos, & Religiosos convertitur: Populus meus, id est, Clerici, faciunt duo mala: Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, id est, qui sum eis sufficienter ministrans aquam sapientiæ salutaris, id est, sacram scripturam do-

Hugo Card. in psal. 35.

IX.

Alij cisternas querunt.

Jerem. 17.

Hugo ibidem.

Hugo in Jerem. 17.

Avarum Cisterna.

De Clericis.

N n 2.

serunt;

serunt; & foderunt sibi cisternas dissipatas, id est acquirunt scientias, in quibus non est vera sapientia, sed fœtida, & immunda, ut sunt scientiæ lucrative.

Pralati. Vel, populus meus, id est Pralati, me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, malè vivendo, & foderunt sibi cisternas dissipatas, perverso exemplo alios corrumpendo. Vel, populus meus,

Religiosi. id est Claustrales, me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, qui sum refrigerium omnium tentationum, me non petierunt auxilium in tribulationibus. Et foderunt sibi cisternas, id est, corda sua temporalibus consolationibus (quæ durare, & replere non possunt) cumulare voluerunt. Primum sit, quando in tentationibus oratio fastiditur; secundum est, quando pro eisdem mitigandis, iocosis verbis, & inutilibus dissolutionibus vacatur.

Quid igitur charissimi nobis cum cisternis, & cisternis illis

dissipatis, consolationibus terrenis, quæ replere animum nostrum non possunt? convertamus nos ad fontem aquæ vivæ, curramus ad ebullientes, è latere, manibus, ac pedibus Christi perforatis, venas aquarum viventium, hîc, hîc, aridi devotione, ac consolatione humidum radicale inordinatis affectibus exsiccatum restauremus, ac sitim extinguamus. Hîc maculas humanâ fragilitate contractas abluamus; hoc fonte meo Bonar. dico, animæ nostræ infirmitates curemus. *Quid mirabilius* stimul. amoris p. 1. c. 1. (exclamat Doctor meus Seraphicus) quàm quod vulnera sanent, sanguis album faciat, & mundet intima? has aquas Salvatoris cum gaudio hauriamus, has qui bibit, non sitiet in æternum, sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Amen.



DISCUR:



DISCURSUS XXXIV.

Ain.

Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas. *Thren. 1. v. 16.*

DE ANIMA.

Quibus ex causis nobis sit flendum, & lugendum? & ha quidem causa varia, & gravissima?

1.

*Magistri filij con-
suetudini.*

*Ad discendum
planctum.*

*Jerem. 9.
7. 20.*

Sollicitè nobiles parentes, filijs & filiabus suis provident magnis expensis magistros, qui eos in artibus & scientijs, in musica vocali, & instrumentali, in agendo choræas, & equitando, digladiando, &c. probè instruunt. Etiam magistros & magistras pro filijs & filiabus instituendis procurandos monet Jeremias Propheta, vel ut ipsi parentes magistrorum munus obeant in docendo, non quidem vanas cantilenas, choræas, aut ludos, sive equestres, sive gladiatorios, sed docete filias

vestras lamentum, & unaquæque proximam suam planctum.

Misit mundo inerudito Pater aternus proprium filium, qui munus ageret Magistri. Vos vo Ioan 15. caru me, Domine, & Magister, & v. 13. benedicere, sum etenim; non autem venit hic Magister cœlestis, ut nos choræas agere, aut musicalia sonare instrumenta, aut jucundas cantare doceret cantilenas, sed planctum, & fletum: Dominus Iesus (ait meus Seraphicus) exemplo, & verbo ad fletum nos provocat, flere sapere, ridere visus nunquam.

*Christus
Magister.*

*5. Bonav.
Ser. 1.
Dom. 9.
lent.*

Nec minus magistram fletus
N n 3 in

Nos flere in presenti versu agit Mater
 docuit, sic Ecclesia, illius enim hæc vox,
 & verba sunt; Idcirco ego plorans;
 & oculus meus deducens aquas Fle-
 tum ergo hodie tam ab afflictâ
 Matre, quàm divino addisca-
 mus Magistro, & oculum in
 fontem convertamus lacryma-
 rum, ut tamen hanc flendi &
 plorandi artem utiliter, & fru-
 ctuosè exerceanus, quomodo,
 & quibus de causis nobis lacry-
 mandum, & flendum sit, in præ-
 senti docebo.

II.

Lacryma
margari-
ta.

S. Iohan.
Chryso-
stom. 3. in
Gen.

Bern.
serm. 10
ad soror.
de modo
bene vi-
vendi.

Flendum
propter
peccata.

Margaritæ pretiosæ sine ma-
 joris lucri secunda spe non effun-
 duntur, aut in plateas inutiliter
 ante porcos projiciuntur, pre-
 tiosa Margaritæ sunt puræ ex
 oculis distillant lacrymæ, de
 quibus testatur Chryso. Quid
 illis oculis formosius, qui perpetuo la-
 crymarum imbre, tanquam marga-
 ritis ornantur? Has ergo marga-
 ritas, ne frustra, & sine fructu,
 & lucro effundamus, sollicitè
 devota soror fratrem suum,
 mellissimum interrogat Docto-
 rem: O Frater mi, queso, dic mi-
 hi, quæ sunt causæ nostri doloris, pro
 quibus in hac vita mortali ploramus?
 Respondet ad hanc sororis suæ
 nomine, à seipso sibi formatam
 quæstionem Bernardus: Propter
 peccata nostra, & propter miseriam
 huius mundi, ac propter compassio-
 nem proximi, & propter dilectionem
 celestis præmii.

Ac primam quidem, & pri-

mariam flendi causam, etiam
 loco citato attingit meus Sera-
 phicus: Flendum est, pro culpa,
 ut ignoscatur. Et quidem, ut ad
 doctorem mellissimum revertar;
 propter peccata stebat ille, qui dicebat
 Lavabo per singulas noctes lectum me-
 um, lacrymis meis stratum meum ri-
 gabo.

anc ipsam ob causam, sci-
 licet propter peccata, flevit, &
 flere nos docuit Ecclesia Petra.
 è qua uberrimè post trinam ne-
 gationem scaturiebant lacry-
 mæ; & egressus foras, flevit amaris.
 Nec ille tantum nocte stratum
 suum lacrymando rigavit Pe-
 trus, vel usque dum post resur-
 rectionem, gloriosum se illi ex-
 hibens mundi Redemptor, de
 impetrata venia reddidit secu-
 rum, sed toto vitæ tempore hos
 lacrymarum rivos continuavit,
 singulis totius reliquæ vitæ die-
 bus ad galli cantum in terram
 prostratus, amaris lacrymis ne-
 gationem dessevit, ita ut acer-
 bæ lacrymæ oculos tanquam
 sanguine suffulos facerent ru-
 bescere, formati quasi, per ge-
 nas, sulcis, per quos in sinum
 lacrymarum rivi derivarentur.

Maturè autem cum Doctore
 Seraphico ponderandum, si Pe-
 trus pro trina negatione tam ama-
 rè flevit, quanto plura pro mille ne-
 gationibus flere debes? quoties enim
 mort aliter peccasti, toties opere De-
 um negasti, de quo Apostolus:

Tit. 1. 16. *confitentur se nosse Deum, factu autem negant.*

Quoties d' avare, pro lucro illicito? quoties, d' homo lascive, pro voluptate caduca? quoties, d' homo fastuose, pro vana gloria? quoties gulose, pro immoderata ingurgitatione? quoties homo invidet, & iracunde, pro vindictæ cupiditate, Deum tuum negasti? quid ergo differis lacrymarum rivos effundere cum pœnitente Petro, nisi durior petra videri cupias? lacrymas funde ad abluendam culpam, & extinguendos arden-tes passionum tuarum motus.

3. Bonav. cit. *Seraphicus, certe, qui esset in domo undique ardenti, instantissime laboraret eam aquis extinguere. Domi nostræ frequentes exardescunt, ex abscondito, in præcordijs peccati fomite, flammæ, jam incendium luxuriæ, jam flamma iræ, & vindictæ, jam ascendens ignis superbiæ, mox concupiscentiæ, & avaritiæ; si ergo ad materialem domum exurgente incendio, tanto fervore & studio infusus aquis salvandam currimus, quanto magis (argumentatur præfatus Doctor) O stulte homo, cum cor tuum, anima tua, ardeat flammis vitiorum, extinguere debes aquis fletuum, juxta Jeremiæ adhortationem: super montem assumam fletum, & super speciosa deserti planctum, quia igne succensa sunt.*

Copiosissimas, ad obitum defuncti amici, lacrymas fundunt homines mundani, quando mors fatali telo mortale prostravit corpus: sed stultus homo (infert iterum Seraphicus) mortem carnis aliene d' flet, non mortem animæ propriæ? quare cum S. Augustino concludit; culpabiliter se durum ostendit, qui damna temporalium, vel mortem amici d' flet, & non dolorem peccati ostendit per lacrymas. Talis non cor carneum, sed lapideum, & excisum de petra durissima ostendit.

IV. Imò petra durius, quia petra durissima Dei jussu, virgâ Moylis, percussa uberem fudit Israëlitis aquarum fontem, quod ipsum grande potentis Dei miraculum deprædicat Propheta regius. Interrupit petram in eremo, & adaquavit eos, velut in abyssum multa; & eduxit aquam de petra, & deduxit tanquam flumina aquas.

Si allegoricum hîc perscrutari sensum lubeat, eum exponit Doctor gentium, petra autem erat Christus. Interrupta fuit hæc in eremo huius mundi per vulnerum scissionem, uti Card. à S. Caro exponit. De hac igitur scissa in vulneribus Petra, adaquavit eos in abyssum multa, quia dum illius mortis, & interruptionis memorantur si deles, ab eis debet exire abyssus lacrymarum, & toti deberent destuere in lacrymas.

Si enim propter compassionem

S. Bonav. ibidem.

Mortem corporis d' fletus.

Cur non & animam?

IV.

Exod. 17 v. 6.

Isa. 27 v. 15.

Christus Petra.

1. Coriat. 10. v. 4.

Hugo Card. in psal. 77.

Interrupta in passione.

nem cuiusvis proximi afflicti flendum asserit S. Bernardus, copiosius utique in acerbissima passione compatiendum, & condolendum flebiliter Salvatori nostro. *Quis potest transire siccis oculis, quod lancea latus aperuit Salvatoris, dicit sanctus Hieronymus. Planè petra durior est, qui ad hujus mysticæ Petre percussione, & interruptionem savissimam, non movetur. Usquequo (exclamat Seta- phicus) cordis mei nequicia prevalebit adversus Iesum, Dominum meum passum, cuius vulnera vicerunt diaboli potestatem, superaverunt primi parentis veneficia, confregerunt portas inferni, & aperuerunt portas paradisi, & in tantum abundat malitia cordis mei, ut non devincatur à tam excellentissima bonitate. Quid ergo me nequius, & quid maius malitia cordis mei? Non cessent oculi mei à ploratu, donec lacrymarum abundantia emolliat duritiam cordis mei. Percute, percute Domine petram durissimam virgâ oris tui, & fluant aquæ, & inundent torrentes lacrymarum, non tam compassionis, quàm compunctionis.*

Hieron. apud eundem.

Christo passo compassivum.

S. Bonav. sim. a. moris p. 1. 2.

V.

Duritia cordis.

Cor peccatoris, desertum.

Interrumpit Petram (pergit iterum moraliter exponendo Hugo Card.) id est, duritiam cordis, ineremo, in peccatore infructuoso, pleno seris, & monstris peccatorum; ad aquavit eos, aquis lacrymarum, velut in abisso multa, cor peccatoris verè est abissus multa. At quomo-

do de hac abyfso, & petra durissima educitur aqua? Moyses virga percutere debet petram: *Petra hinc Moyses Prædicator; virga, crux; si. va. lex sive petra, cor peccatoris; aquæ, lacryme, quibus ardor concupiscentiæ refrigeratur. Erigimus virgam, Prædicatores percutientes percutimus, sed non aquas erumpere lacrymarum, sed scintillas exilire indignationum & minarum experimur. Percussisti eos, & non doluerunt, indua-lerem. si. verunt facies suas, supra petram. v. 3. Sunt multi duriores; quàm petra (addit memoratus expoitor) Hugo Card. hinc quia nec martello verbi Dei, nec martello tribulationis potest frangi eorum duritia. Unde in iram excitaverunt excelsum in in aquoso, id est, in siccitate cordis sui, quod non potest resolvi in lacrymas compunctionis. Lacrymarum gratia oratione obtinenda.*

Objicies fortè, te ipsum tibi, & cordis tui duritiei indignari, quòd ita siccum, ita sit durum, ut nec emolliri, nec lacrymarum fontes emitti patiatur. Quid hinc consilij? *Conversus ad S. Th. Villanova) ora, ut amoveat à te cor lapideum, & præster cor carneum, & aperiat tibi fontem lacrymarum, venam aquæ viva salientis in vitam æternam: neque ab hac oratione desistas, donec obtineas, nam certè si persistis, obtinebis. Et obtinendo lacrymas, etiam spem infallibilem obtinendi cælorum regni concipies.*

Reg.

VI.

Regnum cœlorum (juxta di-
vina Sapientiæ oraculum) vim
patitur, & violenti rapiunt il-
lud. Econtra docet idem in-
fallibilis veritatis Magister: nisi
efficiamini sicut parvuli, non intra-
bitis in regnum cœlorum. Si violenti
regnum cœlorum rapiunt,
quid parvulis nos assimilari
convenit? Nunquid parvuli sunt
illi violenti? si urbs violentâ
manu capienda, non pueros,
non parvulos debiles & iner-
mes, sed viros potentes, & ro-
bustos, milites armatos & lo-
ricatos adducere oportet. Quæ
enim parvulorum violentia?
quæ in illis vincendi vis? rota
parvulorum violentia devin-
cendi matrem, in fletu, & la-
crymis consistit, his armis, hoc
ariete tamdiu oppugnant tene-
rum matris ægimum, donec ex-
pugnent.

Parvulo-
rum vio-
lentia

Sunt la-
cryma.

His cœ-
lum ex-
pugn-
ant.

Violenter, & tamen parvu-
lorum more regnum cœlorum,
& ipse Deus expugnandus no-
bis est, violentis nempe lacry-
mis; nam tenerum, & compas-
sivum Dei nostri cor, non me-
lius quàm lacrymando, & flen-
do vincere valemus; quod ad
duros peccatorum ictus ferre-
um est, carneum est, imò cere-
um ad calidas pœnitentium la-
crymas, his ergo & Deum, &
regnum cœlorum cogimus. Op-
timè ad intentum nostrum anti-
stes Mediolanensis: Cogimus

Æ. Franc. Josephi Op. IV.

regnum cœlorum, & vim quodamo-
do facimus, non compellendo, sed
flendo, non iniurijs, sed lacrymis.
Sicut autem nos cœlum obside-
re, & violenter lacrymando &
flendo obtinere nitimur, sic è
contra nos infernalis hostis, &
draco obsidione cingit; sole-
bant subinde (uti in multis con-
tigit occasionib⁹) obsessi, colle-
ctis aquarum canalib⁹, & torrenti-
b⁹, obsidentiū castra inundare,
ut sic hostis, in aquis submergi
vellet, retrocedere, & obsidio-
nem solvere cogereretur. Sed
hoc stratagema cum infernali
nos obsidente dracone non suc-
cedere videtur; nam, teste Pa-
tiente Propheta, ecce absorbebit
fluvium. Aquæ multæ, populi
multi; multos populos, etiam
S. Baptismatis flumine rinctos
hic draco absorbet. Salfas ta-
men lacrymarum aquas non sor-
bere potest, ijs vel mergendus,
vel occidendus. Flumina omni-
no absorbet (ait Petr. Cellensis)
hanc tamen aquam non sorbet, rum-
pantur namque ventris ejus interio-
ra, si conspersa fuerint hac aqua, den-
tes excutuntur, fauces præfocantur,
venæ inflantur, & nervi ejus solvun-
tur. Et sic, quod per regium
Psalterium dictum est, adimpletur:
Contribulasti capita draconum in a-
quis, lacrymarum, & compunctionis,
exponit Hugo. O lacryma victo-
riosa (ait Bonav.) quid mirum si
vincis diabolum, cum etiam vincas
Deum?

s. Ambr.
bros.
serm. 5.

Obsidens
nos Dra-
co infer-
nalis

Iob. 40;
v. 18.

Petr. Celli-
de pœnitē-
c. 12.

Lacrymis
mergen-
dus.

Psal. 73
v. 13.

Hugo
Card. hies.

o o

S. Bonav.
serm. 2.
in ecclia
Dom.

VII.

Miseria
causa
flendi.

Deum? De te enim Bernardus ait: Accusantibus inimicis silentium imponis, & quandoque sententiam ab ore iudicis rapis.

Aliam insuper flendi & lacrymandi causam allegavit Doctor mellifluus ab initio citatus, nempe miseriam hujus mundi, tribulationes, & angustias à Deo nobis propter peccata nostra immixtas, sicut ergo flendo culpa, ita etiam deletur poena, neque ulla ratione punienti Deo potentius & efficacius, quam flendo obviare possumus.

Luc. 14.
v. 31.

Qui potenti regi bellum movit, cui resistendi vires non habet, adhuc illo longè agente, legationem mittens, rogat ea, quæ pacis sunt. Bellum moverunt peccatores, ac tumidi mortales omnipotenti Deo, ac Creatori suo, ac cum illo venire ex æquo in prælium non possunt, quod ergo medium, ut Deum (qui armavit omnem creaturam ad ultionem inimicorum) placare, & à delendo populo Christiano avertere valeamus? nullo planè consilium, convenientius & securius, quam ut illo adhuc longè agente, mittamus legationem, rogantes ea, quæ pacis sunt. Sed quænam hæc legatio? qui Legati? lacrymæ funduntur, respondet S. Ambrosius, quæ solent legationem suscipere pro delictis.

Lacrymæ
sunt lega-
ti.

S. Am-
bros. in
psal. 37.
v. 10.

Hanc etiam legationem ad Deum miserunt incolæ civita-

tis Bethulæ, qui ab exercitu Iudith, Holofernis circumdati, & abscessis fontium canalibus graviter erant angustiati. Factus est fletus, & ululatus magnus in Ecclesia, & per multas horas una voce clamaverunt ad Deum: Peccavimus cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus; tu quia pius es, miserere nostri, &c. Hac lacrymarum legatione pacem à Deo (qui per exercitum Assyriorum Bethulianos extinguere paratus erat) impetrarunt.

VIII.

Et ecce contra nos armavit se justus Deus, peccatis nostris provocatus, indutus est iustitiâ, ut lorica: paravit in nos vasa mortis, sagittas suæ ardentibus effecit. Sognari contra nos facit undique classicum, & non jam à longè, sed in visceribus est Romani Imperij; his armis non contentus paravit vasa mortis, & famis, & pestis. Impares ergo manui tam potenti, rogemus ea, quæ pacis sunt. Atque (ut magni Patris Gregorij verbis utar) mittamus ad hanc legationem, lacrymas nostras.

Exemplum nobis in hoc præbuit dulcissimus Redemptor noster, qui cum appropinquaret Ierusalem, videns civitatem, flevit super illam. Adhuc à longè agente divinâ Iustitiâ, à longè, à quadraginta adhuc annis, illâ comminante excidium civitatis, jam Christus pro civitate

lan-

sancta legationem miserat, lacrymas suas, *flevit super illa. Quia si cognovisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis, subauditur: Fletes (ait S. Bonav.)*

S. Bonav. serm. 1. Dom. 9 Pent.

A longè adhuc ma. um erat.

& legationem mitteres mecum lacrymas tuas. Sed quoniam ira Dei adhuc de longè comminatur, & agere illis videbatur, adhuc 40. annis absens, nullum sui præbebat indicium, à longè erat, necdum enim ullus Romanus exercitus comparebat, hinc Christum, legationem, lacrymas suas pro eis mittentem, non admiserunt, multò minùs dura illorum corda, lacrymas in legationem præmittere sustinebant, à longè enim, à longè erat præparatum à Deo exitium, & Romanus exercitus.

IX. Quod si verò iustus Deus in populum Judaicum, divinam iustitiam adhuc longè agente, legationes (lacrymas) mittere renitentem, tam inaudita severitate tremendissimè advertit, expugnavit, & delevit, qua non severitate, & implacabili vindicta iustè rigere contra nos procedet, qui non de longè, sed jam ante oculorum nostrorum conspectum, agentem, & contra nos ferro & igne bellantem experimur iram Dei? an non iustas nos penitus delendi, & extirpandi causas habet? opprimimur, devastamur, urimur, secamur, spoliatur, exactio-

N bis modo prope est.

nibus exhaurimur, & tamen adhuc antiqua lascivæ juvenutis petulantia, helluonum comotationes, pomposus in vestibus luxus, in simularibus falsitas, in pupillorum & viduarum oppressione contumacia, in illicitis lucris tenacitas, in rerum divinarum cultu desidia. Hæne sunt, ô popule Christiane, legationes tuæ, quibus Deum iratum non jam longè, sed propè agentem, non placare, sed irritare præsumis?

Et tamen non mittimus legationem.

Magnam, & seriam exhibebat Jacob (luctans cum Angelo usque ad auroram) violentiam non dimittam te, donec benedixeris mihi; Hanc adhuc verbis magis emphaticis describit Oseas Prophetæ: In fortitudine sua directus est cum Angelo, & invaluit ad Angelum, & confortatus est: flevit & rogavit eum, id est, devotè, & cum lacrymis rogavit eum, ut dirigeret eum in viam, & custodiret, & sic factum, ait Lyranus. Idem etiam sentit Cornelius: supplex, & fletus petijt ab eo benedictionem, ut hoc fratris periculum ope Angeli evaderet.

X.

Jacob luctans fletus petit opem

Oseæ 12. v. 4.

Pro itinere periculum

Lyranus hic. Cornelius hic.

Magna nobis ad æternitatem restat via, periculosum instat iter, ad portam jam æternitatis stamus, egressuri per mortem. Et siquidem insidiantem sibi fratrem Esau, & cum armata militum manu obviantem timuit Jacob, & vitam & liberis, & omni substantiâ sua privandus, nisi

Periculosum iter æternitatis.

O 02

*Periculo-
sa in ago-
ne tenta-
tiones.*

*Exem-
plum de
Io. Thau-
lero.*

*In eius hi-
storia,
operibus
præfixa.*

nisi singulari Angeli præsidio muniretur, idcirco suppliciter & flebiliter ab hoc & benedictionem, & assistentiam in via contra exacerbatum fratrem efflagitans; majorem utique & nos omnes, & rogandi, & supplicandi, & flendi causam habemus, in periculoso æternitatis aditu constituti, ubi demones omnes suas colligunt vires, & arma, ut in hac via nos omnibus liberis, ac substantiâ, meritis scilicet, & bonis operibus, ac ipsâ vitâ gratiæ spoliarent, quæ hostium infernalium insidiæ tam rectæ, periculosa, ac potentes sunt, ut etiam viri sancti hoc æternitatis periculosum iter aggredi horruerint. Sic etiam de illuminato illo, & magno Asceticæ vitæ magistro Joanne Thaulero legitur, quod tam formidabiles moribundus gestus (voci copiam jam privatus) ediderit, ut ad compassionem, æquæ ac horrorem circumstantes fratres, commoverit.

Post obitum verò devoto illi Laico (quem ipse licet Magnus Theologiæ Magister, in vita spirituali, instructorem habuit) apparens, manifestavit, trementibus, & subtilibus se tentationibus tunc se ab hostibus infernalibus fuisse exagitarum, quæ tales & tam formidabiles gestus in se causaverint, & nisi Deus ipsi vocem prius præclusisset

per infirmitatem, ita se ex gravitate, & metu tentationum fuisse clamaturum, ut omnes circumstantes exhorruissent.

Ob tantum ergo periculum in mortis, & æternitatis itinere nobis imminens, plorare, supplicare, & inenarrabilibus gemitibus à Deo benedictionem, & à S. Custode Angelo præsidium, ac SS. Patronis nostris assistentiam ac protectionem petere debemus flendo & lacrymando.

Hoc idem docere nos voluit XII
cœlestis noster magister Christus Jesus, qui videns civitatem ^{Civitatem}
flevit super illam quia venient dies in ^{obsessio,}
te, & circumdabunt te inimici tui ^{morsu &}
vallo, & coangustabunt te undique, ^{gura.]}
&c. Hoc autem spiritualiter contingit contra quemlibet peccatorem, ut S. Bonav. testatur, nempe in ^{S. Bonav. in Lucam hic.}
morte uti fuisse in Dom. 9. Pent. remonstratum fuit. Itaque si ^{si}
cognovisses & tu, & quidem in hac ^{die}
die (ô anima peccatrix) quæ ad ^{pacem tibi, &c.}
pacem tibi, &c. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis, &c. ^{Subauditur (ait S. Bonav.)}
Eleres. Et ad obtinendam cum Deo pacem, ad impetrandum Angelorum, & Patronorum in ^{Propterea}
tam periculosa obsidione sub- ^{fleudo pe-}
dium, ad placandum iratum ju- ^{tendum}
dicem, legationem mitteres la- ^{auxilium.}
crymas tuas, hæ enim solent legationem suscipere pro delictis.

Mittamus, mittamus ergo & præ-

præmittamus ad iudicem, legationem lacrymas nostras deducant oculi nostri aquas; deducant quasi torrentem lacrymas per diem ac noctem, non demus requiem eis, neque taceat pupilla oculi nostri, causas lacrymarum habemus copiosissimas, & tamen lacrymas videmus rarissimas. Planè materiam flendi abundantissimam subministrant nobis miseriæ, & angustia undique imminentes: materiam & causam uberrimam lacrymarum dat meditatio profunda Dominicæ passionis, siquidem non saxeæ sint corda nostra. Majorem præbent copiosa peccata, & delicta nostra, quibus Deum graviter irritavimus, maximam verò periculosus æternitatis, & severissimi tribunalis aditus. Flere debemus pro miserijs, & tribulatio-

Materia
& causa
flendi.

nibus, ut avertantur, pro Christi passionibus, ut cordi imprimantur, pro peccatis ut deleantur, pro æternitatis, & iudicis accessu, ut protectio, & misericordiam impetrentur. Mittamus legationem, lacrymas nostras. Præcepit Deus Angelo: *signa Thau super frontes virorum gementium, & dolentium, justitiæ suæ ministris sanctè inhibens, super quem videris Thau, ne occidaris.* Ut igitur hoc signo vitæ mereamur notari, exitus aquarum veræ poenitiæ deducant oculi nostri, & ab omni divinæ justitiæ vindicta liberi securum, apud iudicem legatione lacrymarum placatum, habebimus accessum, qui *absterget omnem lacrymam ab oculis eorum, & à lacrymarum valle inducet in gaudium sempiternum, Amen.*

Ezech. 9
v. 4.

Apoc. 22
v. 4.

